


Zur  
Gräfl. vom Hagen'schen

Majorats - Bibliothek



MÖCKERN

gehörig.

Nº 2328

Ort

auf Ja 1400

- 00 Ull.

00 Ull.

13  
DECAS PROPEMPTICA,  
*Nobilissimis & doctissimis Iuvenibus*  
*DDDnnn.*

**L V D O V I C O , H E N -**  
**R I C O E T C V N O N I à L O C H O V**

*Fratribus germanis & patruelibus,*  
*Reverendissimi & Nobilissimi Viri,*  
*Dn.*

**L V D O V I C I à L O C H O V**  
Metropolitanæ in Archiepisco-  
patu Magdeburgensi Ecclesiæ De-  
cani dignissimi,

*Ex fratribus*  
**G E O R G I O & C A S P A R O**

*Nepotibus:*

*Ex Academiâ Salanâ continuum triennium &*  
*ultrâ usurpatâ ad exterâs Academias,*  
*una cum*

**Dn. P A V L O C E L L A R I O M . F .**

*ipsorum Ephoro,*  
*discendentibus,*

*Dicata ab Amicis,*

*Talibus se perpetuum fore spondentibus, Quales*  
*iypus in seq. pagina exigit.*

---

*Excusa ibidem in Librario Tobiæ*  
*Steinmanni, M. DCI. Kal. Quintil.*



ESTAS

HYEMIS

LONGE  
PROPE

I.

**O** Flores iuvenum, tria candida pectora, quorsum  
    Vos virtutis iter, quò pietatis amor?  
**Q**uò rapit accensum studijs vos pectus honestis,  
    Vi mens sit nostræ linquere tecta Scholæ?  
**I**n qua præ reliquis tria lumina pulchra micatis,  
    Ceu lucent rutilo sydera clara polo.  
**S**cilicet est animus peregrinas visere terras,  
    Et procul à patrio regna remota solv.  
**V**i varios hominum mores noscatis & urbes,  
    Quicquid & his pulchram sorte videre iuvat.  
**E**sit hæc civilis non parva scientia vite,  
    Iudicium firmat, multaq; nosse docet.  
**H**ac ithacus sapiens reliquis prudentior unus  
    Exitit, hæc mores format & ipsa bonos.  
**P**ergite, ceu facitis, Sirenum temnere voces,  
    Vitate & magicæ dira venena Deæ,  
**E**sit Ithacus vobis, est vobis fiducia Achates,  
    Is vestræ est prudens dux sociusq; viæ.  
**H**uic faciles præbete aures, huic recta monenti  
    Parete, à si opulis quò via tuta siet.  
**S**ed me plura vetat mens interrupta labore  
    Diverso & quod vos acceleratis iter.  
**I**te bonus avibus ducentibus ite beatis  
    spiritibus, trino concomitante Deo.

Jacobus Stincius  
I. V. D.

A 3

Ergone



II.

Ergone Lochoviæ vos ô tria germina gentis,  
Ille Camœnarum non magis vrit amor?  
Tres super æstates quo vos Salana recoxit,  
Nam procul ire iuvat, nec remeare libet.  
Non ita: Maior enim solidæ virtutis & artis  
Vos amor, & laudis fervidus ardor agit.  
Ire viam quô fata trahunt, gratum que verendi  
Imperium patrui quô iubet, ire viam;  
Et mores hominum terrasque videre iacentes,  
Ac cupidæ plures quærere mentis opes.  
Sub duce cuncta Deo, patruoq; sub auspice tuta,  
Et nihil est, vestrum quod remoretur iter.  
Quin comes it vobis Cellarius alter Achates,  
Cuius sollicitam fors fovet ipsa fidem.  
Ite bonis avibus, salviique redite, nec vnquam  
Salanæ pigeat vos meminisse Scholæ.

M. Wolfgangus Heider Logices &  
Ethices in inclita Salana Profes-  
sor Publicus.

150284

# ΕΛΛΗΝΙΚΑ ΕΓΓΡΑΦΑ

III.

περιεμπτικὸν ἄγιον.

Siccine prælustres animi, tria Salidis astra,  
Vos ò Lochouia fulgida Triga domus!  
Siccine cum vestro rursum mutatis Achate,  
Artifonumq; aliud queritis emporium?  
Discitis hinc peregrinantes quod in orbe vagemur.  
Et proprium in cœlo sit politeuma pijs,  
Ad quod nemo, nisi CHRISTO duce & auspice, transire,  
Hic VIA, ALETHEIA, est VITAq; nostra simul.  
Constat in his gradibus Patriarchæ scala Iacobi,  
Tangens summa poli vertice, & ima soli.  
Christus enim VIA fit, cum baptizamur in ipsum,  
Hac puer, hac infans sidera tutus adit.  
Sed cum luxurians paulatim adoleverit ætas,  
Occurrunt varijs horrida Spectra dolis:  
Illex mundus, atrox Satanæ, atq; hæresis audax,  
Incautis cœptum quo remoretur iter.  
Dicere sed contra quemq; indubitanter oportet,  
CHRISTVS ALETHEIA est, CHRISTVS itemq;  
Hanc insisto, nec in dextrum, aut deflecto sinistrū, (VIA est.  
Hanc gradior, medio tramite tutus eo.  
Huc ubi devictis scalæ fastigia tandem,  
Attigerit tremulo curva senecta pede:

Mors

Mors apparebit, morborum cincta flagellis  
Trux facie, flagris aspera, corde minax.  
Illa gradu è summo minitabitur astra petentem  
Dejucere in terras, in cinerem, inq, nihil.  
Tunc opus & labor est, contra spem firmiter in spem  
Credere: Christus adest! ITA superna mihi.  
Dulce mori lucrum est, in vitam transeo morte,  
Enecor hic mundo, vivus at intro polum.  
En breve hodæporicon quale expositore LUTHERO  
Exhibet in eterno mystica scala gradu.  
Vos ô Lochovides quando hinc atq, inde Lycea  
Visitis, Aonij's hospita turba choris:  
Huius hodæporici memores, removete quod obstat,  
Et supera Patriæ quærite regna fide.  
Sic peregrinantes Christus comitabitur auspex,  
Atq, Viatorum propitiabit iter,  
Dum vos excipiet stabiles bona MANSIO cives,  
Unius & Trigam sanguinis alma TRIAS.

M. Iohannes Mylius,  
Diaconus Ecclesiae  
Silusianæ.

Et



IV.

**E**T lachrymas etiam tibi clara qua-  
driga dedissem:

Si summus lachrymas non vetet  
ire dolor.

Quod possum tamen optando vestigia  
fidus

Prosequar, & meritæ vota se-  
cunda feram:

**Omnia LOCHOVIÆ cedant insignia**  
Famæ,

Vnos præ cunctis Parthenopæa  
colat:

**Omnia PAVLE tibi fausto de tramite**  
currant,

Et Themidos nitido dignus hono-  
re mices.

*Adamus Listeman, amplissima  
Facultatis Iuridica  
Actuarius.*

ZEPHATIUS

V.

S Iccine LOCHIADAE vobis, sic  
te quoq; PAULE  
Et caritura schola est, & caritu-  
rus ego?

O nigrū mibi iure diē? splendoris amici  
Quā mibi discidiū vastitiesq; venit.  
Scilicet est solidum h̄aud quidquam  
mortale, voluptas  
Alternantq; dolor, quod cupis omne  
cadit.

Sed levius patiendo malum fit: spes fo-  
vet, olim  
Uos reduces nobis gaudia multa  
fore.

Hermannus Neubauer LL.  
& CC. Candidatus.

In

# EXTRÆCTÆ

VI.

*In discessum felicissimum*

Dnn. LUDOVICI, HENRICI, CUNONIS  
à Lochou

## Epigramma.

L OCHOVIDVM trigâ Salicum linquente Ly-  
ceum,

Emisit gemitus hæc schola tota graves.

Gymnasia has postquam reliqua audivere querel-  
las,

Iratâ tales voce dedere sonos :

Invida, nonne satis tibi tres habuisse per annos ?

Tanto, si nescis, nos quoque digna bono.

Ite igitur, SALANA refert, feliciter ite,

Prospera sit vobis Sors, Hygieia, Salus.

Interea ut summi monumentum habeatis amoris,

Et desiderij pignora certa mei.

Venerit huc quicunque bonus, cordatus & altus,

Dicetur vestro nomine Lochovides.

ab 1

A 5

Suo



Suo  
**PAVLO CELLARIO**

I Ille meus, meus, ille meus, meus unicus ille  
Quum sis ALTER EGO, me procul ire  
paras?

Audi unum queso, unum audi prius obsecro ver-  
bum:

Qui mihi promis eras, ne mihi condamnus eas.  
Sed simul & promis simul & sis condamnus amoris,  
Tantum & ama quantum te Rosefeldus  
amat:

Promittis? Spondes? Promitto; Spondeo; Francas  
idq; fide? Dubitas? Sat mibi! Iamq; vale.

M. Iacobus Rosefeldus  
P. Laur.

Locho-

en2

# LOCHOVIA

## VI.

**L**OCHOVIA Ene igitur stirpis gēerosa propago.

Et tu Francoi gloria P A V L E soli,  
Magnum iter ad uarios stimulat mens ire colonos.

Sicq, procul cupidos uos nouus ardor agit;

Ite agite unanimes ò Sydera clara Salanæ,

Semper inoffensas ite redite vias:

Vos felix patrio veniens custodia cœlo

Ducat, & incepsum prævia sternat iter.

Vos facer aligerum nitidis exercitus alis

Sistat in optatis ad pia vota locis.

Vestra simul patrui decurrant esleda campum;

Nominaque æternis stent tua P A V L E libris.

Cuncta secunda precor: Nil candida pectora lædat

Ite, & divinis consulite ingenij.

**O P A T E R & G N A T I** sacra numina, numina **F L A T V S**

Digna meis oculis sit precor illa dies:

Qua videam reduces multis & honoribus auctos

Densi humeris populi plausibus ire vias,

Et famæ patrui vestigia iuncta tenentes

Parthenopes medio ponere iura foro.

**T u D e v s** addictos serva tibi: sint ut in ævum

Lochovium sudant qui superare genus.

**M. Mauric. Schröter.**

**L V Volffg. Schröteri quondam Consilia-**  
**rū Archiep. Magdeb. F.**



VIII.

FLORIDA Lochoviae, Iuvenes, tria germina gentis,  
Quam sovet illustri parthenopyrga loco.  
Et tu Nobilium doct̄or duc̄torq; fidelis  
PAVLE, recens animi facte lubido mei :  
Ergōne SALANAS cordi est rellinquere ATHENAS,  
Ergōne iam ad patrios stat repedare Lareis?  
Quis iam non ausu ingreditur temerario easdem.  
Quis non inde rūdis Nobilium ēgreditur?  
Vos autem non sic : quibus unica & vna reapse  
Cura suit MORVM ritus & ARΓIVM honos.  
Quam benē conveniunt & in vna sede morantur  
Artes ac mores regij & egregij:  
Iuris & ingenuæ doctrinæ dotibus aucta,  
Ac morum insigni lumine conspicua:  
Egredere auspicijs (sat visi Lycea) secundis  
TRIGA, videnda brevi faustiter ingredere.  
Et tu Coricidum Charitumq; tribulis Achates,  
Oibus ad extremas hanc comitare plagas.

M. Iohannes Hartmannus Tuberanus Francus.

Ratō



IX.

**R**aro solent vnis traducere sedibus ævum,  
Quos sua Thespiades castra subisse sciunt,  
Mænia nam per amœna vocant, & in alta locorum  
Culmina, si culmen vincere posse putant.  
Vos quoq; nobilioris agri tria germina fratres,  
Cum satis è gelidus Sala rigavit aquis:  
Triga vocat Charitum, & multo vocat alite trigam  
Cum fuerat Clarijs sat midesfacta vadis.  
Alta petas dixit, votis maiora capesses,  
Iuro fidem, mea non fallere secta fides,  
Tu modò perge velut pergis, nec contrahe mentis  
Vela, iugum p uci quod domuere doma,  
Non fuget aureoli custos te velleris inde,  
Clava nec Herculeæ quam tenuere manus.  
Et tu Paule lares rectè nunc quære viales,  
Spirat enim ventus mollior aura tuis.  
O sapiens, cuius placido tam littore fixa est  
Anchora, que sævas non timet ægra manus:  
Maxima sunt tandem virtuti præmia: virtus  
Ambiguæ sorti succubuisse nequit.

Iohannes Idenius  
Brandenburg.

Est

X.


**E**st aliquid clypeos thalamo suspendere avitos,  
Et longa serie stemma referre patrum.  
Est aliquid permulta parare, parata fovere  
Divitis argenti pondera, rura, domus.  
Est aliquid fateor, sed quis virtutis egena  
Laudibus extollat? quis decus inde ferat?  
**VIRTVS** Nobilitatis apex & origo putanda est,  
VIRTUS nobilium nobilitavit avos.  
**A**t proprijs est nixa bonis, alienaque spernit  
VIRTVS, ornatu sat preciosa suo.  
**N**osse Deum, fecisse bonum, Marte arte valere,  
Maiorumque suo facta labore sequi:  
Hoc virtutis opus, seges hæc amplissima laudis,  
Qua præstans vere nobilis esse potest.  
**S**ed patrijs latitare focis, atavosque trecentos  
Iactare, & nummis exuperare Midam:  
Fortunæ bona sunt, nil laudis habentia, quando  
His hominum dives quilibet esse potest.  
**N**on externa beant bona, verum interna, sed isthæc  
Vix è millenis unus & alter habet.  
**L**OCHOVIAE Charites, flos trinus, & inclyta triga,  
Ter geminus veræ nobilitatis honos;  
Externis interna bonis vos iungitis arte  
Gnaviter ornantes pectus & ingenium.

**Nec**

Nec satis est vos esse latos è stirpe parentum  
Nobilium, & multas cernere divitias.  
Quin vobis, Patruo vos exhortante, paratis  
Aeternas animi nobilioris opes.  
Et iam Marchiacas avidè lustrasti Athenas,  
Ac Salæ irriguo iuncta Lycea vado,  
Nunc aliud stat adire solum sententia vobis,  
Et varia in varijs discere iura locis.  
O cœptum egregium, laudabile, nobile cœptum  
Semina virtutis, semina laudis habens.  
Pergite felici deducere tramite cœptum,  
Monstrabit P A V L V S duxque comesque viam.  
Quod superest P A V L V S vester benè vivat Achates,  
Nobilium CHARITVM vivito Triga trium.

Benedictus Pauli Osterburg.  
March.






~~AB 44~~ M  
AB 44 K,4

**ULB Halle**  
002 680 319

3






# FarbKarte #13

B.I.G.

|         |  |
|---------|--|
| Black   |  |
| 3/Color |  |
| White   |  |
| Magenta |  |
| Red     |  |
| Yellow  |  |
| Green   |  |
| Cyan    |  |
| Blue    |  |



DECAS PROPEMPTICA,  
Nobiliſimis & doctiſimis Iuvenibus  
DDDnnn.

LUDOVICO, HEN-  
RICO ET CVNONI à LOCHOV

Fratribus germanis & patruelibus,  
Reverendiſimi & Nobiliſimi Viri,

Dn.

LUDOVICI à LOCHOV  
Metropolitanæ in Archiepisco-

patu Magdeburgensi Ecclesiæ De-  
cani dignissimi,

*Ex fratribus*

GEORGIO & CASPARO

*Nepotibus:*

Ex Academiâ Salanâ continuum triennium &  
ultrâ usurpatâ ad exterâs Academias,  
*una cum*

Dn. PAVLO CELLARIO M. F.

ipſorum Ephoro,

*discedentibus,*

Dicata ab Amicis,

calibus se perpetuum fore ſpondentibus, Quales  
typus in seq. pagina exigit.

Excusa ibidem in Librario Tobiae  
Steinmanni, M.DCI.Kal.Quintil.

